Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31662
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

runt. In hoc lux dicit. Ecce quale dilectionem dedit nobis pater. ut filii dei uocemur et simus. Et in pelagianis tenebre dicunt. dilectio nobis ex nobis est. Quam si uera. idest caritatem dilectionem habent scriptis et unum habent. sicut sciebat apostolus. quia dicebat nos autem non spiritum huius mundi accepimus. sed spiritum qui ex deo est. ut sciamus quae a deo donata sunt nobis. Iohannes dicit deus dilectio est. et pelagianus. et spiritum dei non ex deo. sed ex semetipsis habere se dicit. et cum sciam legis ex deo nobis esse fateantur. karitatem ex nobis ipsis uolunt. nec audiunt apostolum dicentem. scientia inflat caritas autem edificat. Quod est ineptius immo uel quod amentius et abiecta scientia alienum quam esse ex deo esse sciam quam sine caritate inflat. et ex nobis esse caritatem quam facere ut scientia inflare non possit. Item cum dicat apostolus supeminentem scientie caritatem xpi. quod est insanius quam putare ex deo esse sciam quam subdita est caritati. et ex hominibus caritatem quam supeminet scientie. Fides autem uera et doctrina sana ambas esse dicit esse ex deo. quia septem sunt a facie ei scientia et intellectus procedit. et septem sunt caritas autem ex deo est. Et legimus spiritum scientie et pietatis. legimus spiritum uirtutis. et caritatis. et continentie. Si maius est donum caritatis. quam scientia. Nam scientia quin est in homine caritas est necessaria, ne inflet. Caritas autem non emulet. non agit perperam. non inflatur.

Quid autem est pietas, Ex lib. ad hieronimum. non dei cultus. Et unde ille colit. nisi caritate. Caritas enim de corde puro et scientia bona. et fide non ficta. magna et uera uirtus est. quia ipsa est finis precepti. Oseri to dictum est. fortis sicut mors. siue quia nemo eam uincit sicut mortem. siue quia in hac uita usque ad mortem. mensura caritatis. sicut dns ait. maiorem hac caritatem nemo habet quam ut animam suam quis ponat pro amicis suis. siue potius. quia sicut mors anima auellit a sensibus carnis. sic caritas a concupiscentiis carnalibus. Huic subseruit scientia, cum utilis est. Nam sine illa inflat. Quod uel illa edificando impleuit. nisi ibi ista manet quod inflet inuenient. Vtilem porro scientiam diffiniendo monstrauit. uel cum dixisset ecce pietas est sapientia. continuo subiunxit. abstinere uel a malis, scientia est.

Scientia Ex tr. aug. s. 10hm. xx. vii. inflat. Iam quod debemus odisse scientiam. absit. Et quid est, scientia inflat. Sola, sine caritate. Idcirco adiunxit. caritas uero edificat. Adde quod scientie caritatem, et utilis erit scientia.

In pse. s. p caritate. Ex t. Scuti di vii.

Ipsa origo nostri demonii, si diuinos uitetur libros aliquid affert cognitione dignissimum. Demones enim dicuntur quo uocabulum graecum est abscientia nominatur. apostolus autem spiritu sancto locutus. ait. Scientia inflat. caritas uero edificat. Quod recte aliter non intelligitur. nisi scientiam tenere pdcere cum caritas inest. sine hac autem inflare. idest insuperbia uanissime uentositatis extollere. Est in demonibus scientia sine caritate. et idcirco tam inflati. hoc est tam superbi sunt. Scientia ait apostolus inflat. Quod quidem. Scientiam fugere debetis. et electuri estis nisi scire potius quam inflari. Vt quid uobis loquimur. si melior est ignorantia quam scientia. Vt quid uobis disputamus ut quid ista distinguimus. ut quid quod nostis admonemus quod non nostis inferimus. si scientia cauenda est ne inflet. Ergo amate scientiam. sed anteponite karitatem. Scientia si sola fuerit. inflat. Quia uel karitas edificat. scientiam non permittit inflari. Ibi quidem inflat scientia. uel caritas non edificat. Vbi autem edificat. solidata est. Non est inflatio. uel petra fundamentum est. Quantum autem temptat